

substitutum, ad c. unicam de Cler. non resident. lib. 6.
Ultimo urgeo pro hac parte antiqua decisio Sacre Congregationis. Siquidem fuit olim dubitatum an Capellanis in Ecclesia Cathedrali excoisentes, quarum reditus ex variis defunctorum relictis cum onere Missas aliquot, & divina officia celebrandi inter se tantum distribuunt Capellani presentes, qui onera predicta per seiplos, & per alios presbiteros quoscumque perfolunt, reliquis Capellanis, qui presentes non sunt, nihil percipientibus, personalem residentiam requirant, ita ut qui eas obtinent, ad residendum precisè etiam per privationem cogi possint, nonobstante consuetudine contraria: Sacr. Congregatio censuit teneri ad residentiam juxta formam Concilii.

Neque verò huic sententiae videntur obviare argumenta superius in contrarium adducta: nam ad tria priora in ordine respondentur verba illa, deservire in divinis, esse intelligenda secundum subjectam materiam, ita ut si fuerint appolita in fundatione Capellæ erectæ intra Ecclesiam, in qua hora canonice non recitantur, tunc non importent servitium chori, quia subjecta materia id non patitur, sed sine referenda ad celebrationem divinorum extra chorum, juxta notata in cap. 2. de vita, & honest. Cler. Quod quidem servitium rectè fieri potest per substitutum, & in his terminis loquitur Lap. allegat. 35. & Rota in dicta causa Romana Capellania.

Sin autem fuerint appolita predicta verba in fundatione Capellæ intra Ecclesiam, in qua hora Canonice recitantur, ut in casu præfenti, tunc bene importent servitium chori, quia id suadet subjecta materia. Ad quod adducitur Gugliel. de Monte Lauduno relatus à Cardin. in Clem. 1. §. Ne igitur sub num. 7. vers. Quomodo querat de celebrat. Missar. cujus hæc sunt verba: Expendit quòd pfallendo intra Ecclesiam dicat Clericus officium juxta Psalmum, Benedicite Dominum, maxi-

mi in magnis festivitibus, argum. cap. Si quis in Clero, 7. quest. 1. & cap. Si quis extra Parochias, de consecrat. distinct. 1. Quod ultimam procedit in eo, qui habet beneficium in Ecclesia Collegiata, aliis in non conventuali, ubi est solus Sacerdos, & Clericus, hoc non potest observari, & sufficit quòd Sacerdos, & Clericus dicant officium vel final, vel separatim sine cantu; tamen bonum est ut in Ecclesia dicant. Hæc ille Quibus accedit quòd hoc casu fundator non dixit simpliciter, Capellanus teneatur deservire in divinis sed addidit, teneatur deservire in divinis dicte Ecclesie, atque ita fuit ab ipso contemplatum servitium non ipsius Capellanis, sed Ecclesie, in qua Capellania instituebatur quæ cum sit collegiata habet precipuum servitium in pfallendo horas Canonicas, ut in dicta Clem. 1. de celebr. Missar. ita ut proinde servire in divinis predictæ Ecclesie nihil aliud sit, quàm choro interesse.

Non obstat quartum argumentum, quòd ex sententia Sac. Congr. prebendarius habens onus celebrandi, inferiendi in divinis in Cathedrali Ecclesia, non teneatur esse Sacerdos.

Nam responderetur hinc non inferri quòd teneatur divinis officio personaliter interesse, ad hoc enim non requiritur ordo Sacerdotalis, ut in Clem. Ut ii, de atat. & qualitat. Boer. decis. 171. num. 1.

Sicut neque obstat contraria observantia, quia non est tanti temporis, ut poterit immutare statum Capellanie, juxta c. Cum de beneficiis, de prob. in 6. Ac præterea est varia, quia Capellani interdum inferiunt etiam per seiplos, imò non nunquam fuerunt etiam puniati. Et nihilominus cum verba fundationis importent servitium chori, contraria consuetudo non valet uti sublata à Concilio juxta decisionem S. Congreg. ultimo loco allegatam, num. 103.



DE ÆTATE ET QUALITATE,

Alexander III. Cantuar Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.

CAPUT III.

Indecorum est, ut hi debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seiplos; cum ad Ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut parvulis Ecclesiæ regimen committatur: Mandamus, quatenus nemini intra annum quartumdecimum constituto, personatum cujuslibet Ecclesiæ concedere præsumatis. Scituri pro certo, quòd si contrariè præsumperitis, quòd indè feceritis, irritabimus & inobedientiam vestram graviter puniemus.

SUMMARIUM.

- 1. Invari quatuordecim annis regimen Ecclesiæ committi non debet.
2. Absurdum est ut carens monastica eleveur ad æconomicam, & carens æconomica ad politicam.
3. Pueri in quibus differant ab adultis.
4. Matrimonium spirituale cum Ecclesia non contrahunt obtinentes beneficia simplicia.
5. Verba, regere & gubernare, an, & in quo differant, & num. seqq.
6. Ethica divisio in Monasticam, æconomicam, & politicam.
7. Collatio beneficii facta minori quatuordecim annis est ipsa jure nulla.
8. Episcopus an possit dispensare super defectu ætatis ad beneficium.
9. Præpositura habens nudum ministerium aliquot beneficia conferendi approbati ab Ordinario an possit conferri Clerico quatuordecim annorum, & numer. seqq. usque ad num. 17.
10. Dignitas non constituitur ex nudo ministerio conferendi beneficium.
11. Beneficium nullam habens jurisdictionem fore contentiosum, vel pariteriale non potest dici Curatam.

- 12. Consuetudine conferendi beneficia non Curata in minori ætate constituta plurimum deservat.
13. Jus conferendi beneficia potest competere majori annis quatuordecim tam ex privilegio, quàm ratione Ecclesiæ à qua collatio deservat.
14. Mulier succedens in officio habente jurisdictionem, & curam annexam, potest per seipsum administrare, ac beneficia conferre, & curam viro committere capax talis potestatis.
15. Pupillus major septennio potest presentare, & in concursu presentatus ab eo præferatur præsentato à tutore.
16. Jurisdictio sola sine obligatione residentia non efficit beneficium curatum.
17. Ordo sacer an eximat à patria potestate latissime dissentitur usque in fin.
18. Episcopalis dignitas jus patriæ potestatis solvit tam de jure civili, quàm canonico.
19. Ordines minores non liberant à patria potestate.
20. Referuntur Auctores, & fundamenta pro opinione affirmativa, & num. seqq. usque ad num. 33.
21. Prælatus, & qui alios tenentur regere, non debent esse sub potestate alterius.

- Contrarium, num. 53.
22. Filius familias habet, cum sit in potestate alterius, filiam non habet in potestate, nec eam potest occidere cum adultero.
23. Tutor non debet esse sub tutela, nec curator sub cura.
24. Patria potestas quantum ad jus publicum non curatur.
25. Jus publicum in sacris, in Sacerdotibus, in Magistratibus consistit.
26. Intellectus, c. Cum voluntate, desent. excommunic. & num. 48.
27. Ordo sacer liberat à servitate & num. 55.
28. Monstruosum est ut qui legitimus ad spirituales sit circa saculares actus illegitimus remaneat.
29. Dignitas Patriarcalis, & Consularis jus patriæ potestatis solvit, & num. 56.
30. Sacerdotali dignitati nulla dignitas secularis æquiparari potest, & num. 56.
31. Ordinibus sacris initiati, & illustres interdum æquiparantur.
32. Patria potestas solvitur per professionem regularem, & num. 58.
33. Referuntur Auctores, & fundamenta opinionis negativa, & num. 36. & seqq.
34. Filius familias per sacrum ordinem non eximitur à patria potestate in rebus patrimonialibus, & profectibus ibidem, & num. 41.
35. Secus in rebus Ecclesiasticis, & in his, quæ aguntur ratione ordinis, vel dignitatis, & num. 44.
36. Legitima debetur Patri in bonis profanis filii, non autem in Ecclesiasticis.
37. Ordo sacer non solvit omnino jus patriæ potestatis.
38. Intellectus, cap. Per venerabilem, in princip. qui fil. sint legit.
39. Ordo Episcopalis supponit necessarium ordinem Sacerdotalem.

Indecorum. Regimen Ecclesiæ minori quatuordecim annis committi non debet. Hoc dicit. Et sunt tres partes. Prima ponit exordium, & causas mandati. Secunda mandat, ibi, Nolentes: Tertia communicationem irritationis & pœnæ, ibi, Scituri.

Nota primò minores quatuordecim annis non esse habiles ad beneficia honoraria in nomen rectoriæ, etiam si curam non habeant animarum; nam de his proprie loquitur hæc decretalis, ut indicat, ibi, regere, & ibi, regimen, nec non ibi, personatum. Et advertunt Joan. Andr. num. 4. in ver. Regimen, Anton. de Butr. num. 7. & Card. in 2. oppositio. Idem firmat Abb. post Joan. Calderin. in capite Super inordinata, num. 12. infra de prob. Guillel. de Benedic. de repet. cap. Raynulfus, vers. Adjuncta impuberi, num. 60. de testament. & Lambert. de jurepatr. lib. 2. par. 1. art. 6. quest. 7. num. 5. Secus autem est si non sonent in nomen Rectoriæ, sed sint beneficia in Ecclesia; quia tunc si maturitatem consilii non requirant, ut sunt Capellæ, satis est septimum annum exegisse, secundum Abbatem loco citato. Rationem diversitatis habes hic in littera quæ scilicet indecorum est, ut regant Ecclesias, qui non noverunt gubernare seiplos. Sic in littera de excusat. tutor. §. Minores, l. fin. C. De legit. ratel. & l. sic eveniet. ff. De adulter. Nemo enim teste Aristotele 3. Ethicor. juvenes eligat duces, eò quod non constet esse prudentes. Et istudum est ut aliis imperet qui sibi ipsi imperare non potest, ut ait Socrates hic relatus à Joan. Andr. num. 3. in ver. Noverunt. Bellam. num. 1. & Cardin. in 2. notab. Rursus ut inquit Joannes Monach. in præfatione sexti num. 4. Absurdum est ut carens monastica, quæ docet seipsum regere, eleveur ad æconomicam, ut hic & carens æconomica eleveur ad politicam. §. Necessè 47. dist. & 48. dist. in princ. arg. l. Ut gradatim, primo respon. & l. Honor, §. Gerendaram, ff. De muner. & honor.

Sed hodiè hæc differentia sublata est jure novissimo Concilii Tridentini in cap. 6. sess. 23. quo minores annis quatuordecim redduntur inhabiles ad beneficia, nec distinguitur an sonent in nomen Rectoriæ, vel sint beneficia in Ecclesia.

Porro inter pueros & adultos complures sunt differentie, secundum Hostiens. num. 11. nam pueri tellari non possunt, adulti possunt, l. 1. ff. De test. Item illi non obligantur juramento: hi vero obligantur, cap. Pueri, & cap. Pueri. 22. q. 5. Unde & tenet contractus adolescentis juramento firmatus, lib. 1. de Auchen. Sacram. gubernam, C. si advers. vendit. & notatur in cap. cum contingat, infra de jurejurand. Item pueri non sunt habiles ad Matrimonium contrahendum; adulti vero habiles sunt sive agatur de carnali, ut in c. Puberes infra de despons. impub. sive, de spirituali, id est professione Regulari, ut in cap. Ad nostram, cap. significatum, cap. cum firmat, infra de regul. Et summam majores annis quatuordecim discretionem habent & consensum perfectum; ut in d. c.

- 39. Jus patriæ potestatis à jure naturali sumptis originem.
40. Et quoad vinculum naturale debet immutabile permanere.
41. Filius familias per sacrum ordinem non solvitur à naturali reverentia, quam tenetur patri exhibere.
42. Pater debet reverentiam filio Sacerdoti in oblationibus Confessionibus, & aliis spiritualibus.
43. Filius familias Clericus in beneficiis, & aliis causis spiritualibus, & ab eis dependetibus sine autoritate Patris agere potest, & num. seqq.
44. Si major sit quatuordecim annis agit per se, vel per Procuratorem; Si minor, per Procuratorem datum ad lites autoritate Judicis Ecclesiastici.
45. Pater percuciens filium in sacro ordine constitutum excommunicationem incurrit.
46. Prælatus excommunicatus est, si correctionis causa faciat percuti Clericum per Locum.
47. Pater ob nimiam egestatem distrahere non potest filium in sacris constitutum.
48. Filius familias per sacrum ordinem eximitur à potestate Patris quoad pecuniam adventitiam & quasita post clericatum.
49. Licet aliis de illis testari non possit etiam permittente patre.
50. Filius familias Presbiter quidquid acquirit ex causa adventitii & non contemplatione Sacerdotalis officii, acquirit sub pleno jure.
51. Quisquis habet alium sub se, necesse est ut recognoscat alium super se, excepto Papa.
52. Patria potestas in quibus differat à Dominicali.
53. Sacerdotalis dignitas est eminentior quolibet dignitate seculari quantum ad spiritualia.
54. Patria potestas sicut solvitur per dignitatem patriarcalis & consularis in temporalibus, ita solvitur per dignitatem Sacerdotalem in spiritualibus.
55. Professio regularis car magis solvat jus patriæ potestatis, quàm sacer ordo.

cum virum, & in cap. 1. De regal. lib. 6. & in Clem. eos eod. tit.

Moderni de re beneficiaria lib. 2. q. 49. n. 19. assignant aliam rationem cur Concilium Tridentinum hæc in parte recesserit à juris communis dispositione, & voluerit ad beneficium non sufficere septennium, ut prius videlicet, quia inter beneficiatum, & Ecclesiam spirituale Matrimonium contrahitur, quod maturiorem exigit ætatem, allegant c. Sicut in unaquaque, ubi gloss. & DD. 21. q. 2. Verum hæc ratio infirma est, quia spirituale conjugium contrahitur tantummodo inter Episcopum, seu Prælatum & Ecclesiam. Et de Prælo to intelligitur d. c. Sicut in unaquaque, secundum Laurent. Archid. & Bellam. exponentes verbum, Præbiteram, id est Prælatum Rectorum. Et in Episcopo loquuntur, c. Sicut vir, & c. Sicut alterius, 7. q. 1. c. 2. & per totum supra de translat. Episcop. At verò inter Rectorum, & Ecclesiam non curatam, de qua loquitur hæc Decretalis, proprie spirituale conjugium non contrahitur, ut notat gloss. 1. in c. Quia propter, supra de elect. Butr. in c. fin. num. 15. de postulat. Prælator. & Card. Turrecrem. post D. Thom. in d. capite Sicut alterius n. 2. & 5.

Secundò nota differentiam inter verbum, regere & gubernare, nam regere proprie refertur ad alios, gubernare ad se ipsum. Unde refert Butrius num. 2. ut gubernare respiciat partem æconomicam, regere respiciat politicam. Sed certè si verbum, regere, refertur ad se: Ergò non respicit æconomicam, sed monasticam, quæ est prima pars Ethicæ seu moralis philosophiæ: nam ut docet Joan. Mon. in præfatione Sexti, numer. 3. vers. Nam cum Ethica dicta est, monastica agit de regimine sui ipsius, æconomica de regimine domus, & politica de regimine civitatis. Quæ divisio est ex mente Aristot. 6. Ethicorum, c. 8. Eamque similiter ponit, & prolixius explicat Joannes Andreas in proava. Decretal. num. 29. dicens: est autem Ethica, quæ habet mores informare, & virtutibus ornare, & dividitur in tres partes. Est Ethica monastica, quæ docet quem regere seipsum. Unde dicitur Monastica, quæ curam sui gerens se virtutibus exornet, nihil in vita committens, quo non gaudeat, nihil faciens pernitentiam. Æconomica docet partem familiam bene regere familiam; spiritualis enim officii curam mediocri dispositione componere bene distribuit. Politica ad Rectorum urbium spectat, docens Rempublicam bene regere; nam Respublica curam justitiam exhoram salvi medietur sua prudentia solertia, justitia libè fortitudinis habilitate, ac temperantia patientia. Hæc ille.

Tu dic verba, regere, & gubernare, esse sinonima, & promiscuè utarpan tam in ordine ad se ipsum, quàm ad alios, ut de verbo regere, in ordine ad seipsum est textus.

Unde Philosoph. de regimin. Princip. Seipsum regere Sum-

372 An te. Ad Ecclesiam curam institui non debet indignus scientia, moribus vel etate. Et qui habet duas Ecclesias, alteram dimittere cogitur; nisi sint tenues vel una dependeat ab alia. Hoc dicit communis divisio. Secunda ibi; sed in plures.

Nota primo ibi: tu i Episcopatus; nec non ibi: Infituas, de iure communi institutionem Beneficiorum ad Episcopum pertinere, capite 3. infra de Institutionibus. Hostiensis hic & Cardinalis ambo in principio & idem Cardinalis in Clementina unica, num. 11. de suppleta negligentia Prælati loquitur tamen hæc Decretalis de Beneficis curam animarum habentibus & sic de institutione autorisabili, quæ non competit inferioribus Prælati: etiam ex consuetudine vel præscriptione, ut est casus in capite Cùm satis, infra de Officio Archidiaconi; nisi Jurisdictionem habeant quasi Episcopalem in Clerum & populum privatè ad Episcopum, secundum ea quæ notantur in Clementina 1. §. Volumus in glossa in verbo Divocant; & ibi per Cardinalem in 4. questione, num. 2. Imola, num. 38. Vitalis, num. 4. & Abbas, num. 15. de foro competentis. Et ex Sententia Sacre Congregationis Concilii scripti in capite Cùm contingat, num. 31. 37. & sequentibus, infra de foro competentis; at factus est in constitutione corporali seu installatione quæ de iure communi ad Archidiaconum spectat, ut in capite Ad hæc, §. In quadam & in capite Ut nostrum in fine, infra de Officio Archidiaconi. Hostiensis in rubrica de Institutionibus num. 3. versio Sequi debet alia investitura. Infitutio autem collativa per quam scilicet confertur titulus Beneficij non curati, pertinet quidem ad Episcopum de iure communi, ut in dicto capite 3. de Institutionibus, capite Si quis Episcopus 1. questione 3. capite Cùm ex instructo in fine de hæreticis, capite Gratia de rescriptis, lib. 6. & capite Si tibi de præbendis eodem libro. Et in hoc Episcopus fundat intentionem, capite Omnes Basilice 16. questione 1. Rota apud Cardinalem Seraphinum, decisione 779. num. 1. Sed tamen potest competere inferiori ex consuetudine, capite Cùm venissent, de Institutionibus, capite 2. de excessu Prælatorum & capite Referente de præbendis. Abbas in dicto capite Cùm satis in 1. oppositio de Officiis. Archidiaconus, Seraph. decisione 306. num. 9.

An autem institutio hæc collativa de iure communi spectet ad Episcopum solum; ut ad Episcopum & Capitulum simul; aut ad Episcopum cum consensu vel consilio Capituli: sunt opiniones quas recitant Henricus Boich. in capite Novit. infra de his que sunt à Prælati, Egidius Bellamera in consilio 10. incipiente Factum est talis, col. penultimo, num. 58. versio Queritur ergo, Callador. decisione 22. de præbendis. Ego plane examini in capite Cùm Ecclesia Valterana, supra de electione post glossam ibi in verbo Possulavit, Composit. Hoff. & Doctores.

Secundo nota, Episcopum nullâ occasione debere curæ animarum præficere non idoneam scientiâ, moribus & etate. Prætermissis qualitatibus Ordinis, de qua in capite sequenti & in capite Si pro pauperibus de præbendis, lib. 6. Item amittit qualitatem prudentiæ cuius meminit, capite Non oportet 36. distinctione & Concilium Tridentinum in capite 18. §. Peracto, sessione 24. ibi: Quotcumque ab his idonei iudicati fuerint, etate moribus, doctrinâ, prudentiâ & aliis ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Et pondera illa verba: nullâ occasione, quæ à Petro de Ancharo hic in primo notabilis exponuntur, scilicet frivolâ: puta carnali vel venali, quia omnia Jura sunt intelligenda ex causa, capite finali de translatione Episcopi. Sed hoc iudicio meo non bene dicitur, quia Episcopus etiam ex causa non potest dispensare cum patiente defectum etatis vel alias inhabili ad Beneficium curatum, cum qualitates hujusmodi requirantur ex Decreto Concilii Lateranensis sub Alexandro III. ut in capite Cùm in cunctis, §. Inferiora, supra de electione contra quod etiam ex causa non dispensat Episcopus: glossa est singularis que loquitur de dispensatione super etate in capite Cùm dilectus in verbo In etate de electione quæ à Doctores communiter illic recipitur & movetur per hæc Decretalem per dictum §. Inferiora & per caput Nihil, eodem titulo ubi graviter puniuntur qui hoc faciunt. Et hoc tenet per ea que scripti latissime in capite finali infra de si. Presbitero & in capite Dilectus de tempor. Ordinat.

Ultimò nota arguendo ab ordine litteræ juxta textum in lege Quærit, ff. De usufructu in promovendo ad Beneficium curatum qualitatem scientiæ moribus esse preferendam, pro ut eam in ordine scripturæ etiam Simachus prætulit in capite Vilissimus 1. questione 1. dicens: Vilissimus computandus est nisi scientiâ & sanctitate præcellat qui est dignitate præstantior; & Hierodimus in capite Licet ergo 8. questione 1. ibi: Qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior: ille in Sacerdotium eligatur; & Augustinus Epistolâ 29. ad Hieronimum præp. finem. Quis ferat hi quis divitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore. Et Concilium Tridentinum, capite 12. §. Nemo igitur, sessione 24. ibi: Doctrinâ ad suum munus exequendum ne-

cessaria ac morum integritate commendetur. Id quod etiam habet rationem, quia sufficienti Doctrina requiritur de substantia in Pastore, capite Nisi cum primum, §. Pro defectu de renunciatione. Nam si vacet eaco ducatur præter &c. Math. 15. capite Quia ipsi & per totam 38. distinctione & capite Cùm sit infra eodem. Sanctitas verò exigitur ut conditio sine qua non ex mente Divi Thomæ in 2. 2. questione 185. articulo 3. nam ut docet in corpore: Ille qui debet aliquem eligere in Pastorem vel de eo providere: non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundum charitatem; sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ, qui scilicet possit Ecclesiam & infirmitatem defendere; & pacifice gubernare. Et in responsione ad primam dicit, in Pastore præcipue debet attendi eminentiam Divinæ dilectionis: ubi tamen alius invenitur idoneus ad Ecclesiam regimem. Et propterea Dominus de ampliori dilectione Petram examinavit, quia sciebat ex sub manere esse idoneitatem quantum ad alia gubernandi Ecclesiam. Et in responsione ad tertium ait: Nihil prohibere aliquem esse magis idoneum ad officium ait: Nihil prohibere aliquem excedit in gratia sanctitatis. Hæc ibi. Et quodlibet 6. articulo 9. docet quandoque contingere ut aliquis sit melior simpliciter, id est sanctior & plus habens ut charitate; qui tamen non est melior quantum ad hoc ut prælationem suscipiat, quia alius forte potest Religionem magis juvare vel per consilium sapientis, vel per auxilium potentis. Non ergo semper est prælegendus melior simpliciter, sed quoad aliquid. Ita Sanctus Thomas. Præterea cum Præcepto Divino Curati tenentur palcare oves sibi commissas verbi Dei prædicatione, Sacramentorum administratione & honorum operum exemplo, ut in Decreto Concilii Tridentini capite 1. in principio, sessione 23. non repugnat quin hæc prælati possint ab eo qui alias sit habilis scientiâ & etate, licet charitatem non habeat. Ad hoc, capite De capite finali infra de cohabitatione Clericorum & mulierum, capite Denique, 6. questione 3. & capite Nisi cum primum §. Propter conscientiam, cum ibi notat. supra de renunciatione. Unde Hieronimus: Sicut lixivium per cinerem humidum suavis lavat & non levatur: ita bona doctrina per malum Doctorem animas credentium lavat à fordibus peccatorum. Refertur in §. ultimo 83. distinctione. At non est possibile ut verbum Dei prædicet & Sacramenta ministret prorsus illiteratus, ut in Authentica de Sanctissimo Episcopo, capite Divinus, col. 9. ut in fine eam glossa in verbo Defectum infra eodem.

Ceterum adverte, quia de his qualitatibus vario ordine loquuntur Canonæ & Concilia. Nam Lateranense in d. cap. cum in cunctis, §. Inferiora, de elect. primo loco ponit etatem, deinde scientiam, & tertio mores. Tridentinum in d. cap. 18. sess. 24. primo etatem, secundo mores, tertio scientiam: & in cap. 1. ejusdem sessionis, primo vitam, secundo etatem, tertio doctrinam. Textus autem nollet, & Concilium Viennense in Clem. 1. de etat. & qualit. primo scientiam, secundo mores, tertio etatem. Unde fiant hæc diversitate, non licet in his arguere ab ordine litteræ. Quidquid tamen sit, illud certum est, has omnes qualitates debere in Pastore copulative concurrere, ut in locis supradictis cum multis similibus.

Ideoque ortâ dubitatione, an sicut Episcopo, & Examinatoribus simul iudicis Concilium Tridentinum cap. 18. sess. 24. committit examen scientiæ, sic etiam committat eisdem simul examen morum, & prudentiæ; ita ut si examen etatis, morum & prudentiæ factum fuerit à solo Episcopo, concursus sit nullus. Die 2. Augusti 1607. S. Congregatio censuit, si examinatores non retulerint idoneos, quoad omnes qualitates, pro ut Concilium requirit, nullum esse concursum.

Cave tamen, quia non requiritur ad validitatem concursus, ut de singulari qualitatibus examinatores specialiter, & nominatim referant. Sed satis est, ut simpliciter renuncient aliquem idoneum, vel non idoneum, approbatum, vel reprobatum. Et ita cum Cardinali Palcoius alias petiisset declarari, an Examinatores ad Parochiales per concursum deberent vota sua palam dare, aut per suffragia secreta; & quid magis expediret: Sacra Congregatio respondit, Concilium nihil de hoc expressisse, videri tamen magis expedire, ut singulari palam inter se sententias suas dicant, deinde jubentur notario, ut simpliciter in actis suis scribat. Titium approbatum idoneum, Seium reprobatum, pro ut Romæ fieri dicitur.

Rursus certum est, Clericum medicorum litteraturæ, & bonis moribus inbutum in collatione Beneficij Curati præferri debere Clerico eminentis scientiæ, sed male vitæ. Quam imò proposito dubio, cum Examinatores non habent ullam de vita & moribus examinati notitiam, licet eum doctum esse compererint & concurrat alius, qui non ita est doctus idoneus, sed bene notus & probatus quoad vitam & mores, uter eorum sit præferendus: sacra Congregatio censuit præferendum eum, cuius mores noti, probatiusque sint ei, cuius vita ignoratur prorsus, licet doctior sit. Quod multo magis procedera

procedere censuit, si vita & mores doctioris pravi essent. Conferuntur nota per Abbatem in cap. Inter cetera num. 2. vers. Nota ibi potentes, supra de off. ordinar. ubi dicit, in prædicatione magis attendenda esse vitam, quam scientiam, quia longe plus proficit Prædicator exemplo boni operis quam verbo doctrine. Quæ de re plurima notatu digna ibi cumulat Felin. num. 2. Et cujus vita despicitur, reit ut predicatio ejus contemnatur, cap. 3. §. Porro, in fin. 3. quæst. 7. Et adde Baldi in cap. Cùm in cunctis, num. 13. supra de elect. ubi ex illo textu notat vitam præmitti scientiæ, quia vita facit hominem beatum, scientia inlucum. Nam ut ait Psalmista: Quis non cognovit litteraturam, intrinsece in potentia Domini. Ceterum cum vacante Parochiali in Dioecesi Patavina dubitaretur, an Episcopus prohiberetur admittere ad concursum criminolos, & scandalosos & eos qui alia Beneficia curata possident nuncquam reledunt: censuit non prohiberi admittere ad concursum criminolos, cum in facultate Ordinarii sit eos non approbare.

Quæro, an ex pluribus ad Parochialem Ecclesiam concurrentibus Episcopus teneatur omnino prælegere digniorem, ita ut alius licet postposito appellare ab irrationabili Episcopi iudicio.

Pro Clario solutione inquirendum est primò, quid dicendum sit in terminis juris communis. Secundo, quid dicendum in terminis Concilii Tridentini. Tertio, quid post Constitutionem Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum.

De iure communi ante electionem ubique clamant Canonæ præstantiorem, ac digniorem esse assumendum ad regimen animarum, dicto capite Licet ergo, §. quæstio 1. & d. c. Vilissimus, 1. g. 1. de idem peccat contra iustitiam distributivam, qui omnino dignior eligi dignum, ut notant omnes in cap. constitutus, si. scilicet, ubi in specie Dec. n. 5. de appellat. Bate. in cap. Inter cetera, num. 15. supra, de off. ordinar. ubi dicit hoc mortaliter peccare & orandum pro eis, quia multi incidunt in hanc laqueum. Et docet S. Thomas in 2. 2. quæst. 63. art. 2. ad tertium, quem sequitur Covarr. in reg. Prædictum, part. 2. §. 7. num. 3. vers. Sed hoc in hunc sensum & Rota decis. 65. num. 8. part. 1. in recent. Et dignior intelligitur, qui simpliciter est sanctior & plus habens charitatis; sed ille, qui peripetis omnibus qualitatibus aptior est ad Ecclesiam gubernandam, ut in iuribus citatis & declarat D. Thomas prælegatus in 2. 2. quæst. 185. art. 3. Et quodlibet 6. art. 9. Sed tamen post factum sustineri electio de digno, prætermissis dignior, ut in capite Mysterium 16. quæst. 7. in cap. ead. nobis, de elect. in d. cap. constitutus & hic in textu, ubi patet factus esse ut non assumatur indignus. Rationem assignat S. Thomas d. artic. 2. ad tertium, dicens: Quantum ad hoc ut electio in agnari non possit in foro iudiciali, sufficit eligere bonam, nec oportet eligere meliorem, quia si omnis electio possit habere utilitatem. Hæc ille & sequuntur alii prælegati & Rota apud Greg. XV. decis. 11. num. 6. ad finem, & in pluribus præsentatis facti decem in una Faventina Jurispraxionis, ibidem referat. Itaque hoc iure inspecto nullum remedium competit digniori postposito ad irritandam aut rescindendam prælectionem factam de digno.

Ex Concilio Tridentino similiter tenetur Episcopus prælegere digniorem. Sed tamen S. Synodus in hujusmodi prælectione desert iudicio Episcopi, ut patet in cap. 18. §. Peracto sess. 24. ibi; Ex hisque, (id est ex probatis ab Examinatoribus Synodalibus) Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicaverit. Præsumitur enim pro ordinarii iudicio, qui ex variis animi sui motibus, pensatis & consideratis omnibus supradictis, se informare potuit, ut in cap. In presentia, in specie de renunciat. Rota decis. 29. num. 4. de rescript. in antiqu. Achill. decis. 1. num. 4. de Confess. & dicit eadem Rota in causa Ravennate. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Cardinale Aragonio decis. 654. par. 4. divers. Ex ad irrationabilitatem Ordinarii excludendam sufficit ut possit in electio concurrere majores qualitates, ut fuit dictum in eadem causa Ravennate. Et in alia Parochialis, seu Concurfus 26. Decembris 1600. coram Gregorio XV. in impetris decis. 11. num. 6. Ac profundè quamvis ex sententia S. Congregationis Concilii à reprobandone Examinatorum detur appellatio devolutiva, ut etiam resoluti Rota coram Gregorio XV. decis. 515. n. 2. & decis. 538. num. 1. Et in Calaguritana Beneficij 2. Februarii 1611. coram Coccino Decano & patet clarè ex d. cap. 18. sess. 24. vers. Nec prædictorum Examinatorum, ut plenius dicam in cap. cum si arti, in 4. quæst. infra eodem, tamen non potest postpositus appellare ab irrationabili iudicio Episcopi in vim Concilii.

Ex constitutione verò Pii V. que incipit, In conferendis, edita 15. Calend. Apr. 1567. aliud dicendum est: nam in §. 7. statuitur in hæc verba: Ut autem non solum dignus, sed magis idoneus referri juxta Tridentini Concilii decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur: Volumus & decernimus quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, postquam it, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanam Fagnani in l. Lic. Decretal.

tantum vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, & viciniorum Ordinarium uti nostrum & Sedis hujusmodi delegatum, aut alius ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellations iudice & ejus Examinatoribus provocare. Et confilio de prioris eligenti irrationabili iudicio, coque revocato, Parochialis magis idoneus per eundem iudicem appellations autoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum, à quo appellatum fuit, spectaret) conferatur, alius eidem magis idoneus per iudicem appellations approbato conferenda, remittatur ad eum ad quem collatio, provisio vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediatur, aut suspendatur quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim debite demandetur executioni & provisio ab eadem Ecclesia causa appellations in usumodi pendente non amoveatur. Et si quis à sententia per iudicem appellations lata duxerit appellandum, ita tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit. Hæc ibi.

Unde palam est hodie licere magis idoneis rejectis appellare ad effectum devolutivum à mala electione Episcopi & provocare præelectum ad novum examen coram iudice appellations. Atque ita quamvis prælectio de digno posthabito digniori merito iure & hodie sustineatur & hæc in parte non fuerit immutata dispositio juris communis & Concilii Tridentini, tamen potest retractari & infringi in iudicio appellations constituto de irrationabili eligenti iudicio, quod ex iure veteri & ex Concilio Tridentino heri non poterat. Et ita fuit multoties resolutum. Et in specie à Rota fuit ad Sacram Congregationem Concilii transmissum hoc dubium. Præsupposita Bulla Pii V. super provisionibus Parochialium & quod vacante Parochiali Firmana, de qua agit, Nicolaus & Galeatus fuerint ad Examinatores Synodales in concursu examinati, quod quætor approbatur Nicolaus & quingue Galeatus; & quod Parochialem Ordinarius Galeatio contulerit, qui illius possessionem adeptus est: an Nicolaus possit provocare Galeatum ad novum examen die 15. Octobris 1573. relato decreto in quadam causa Interamneni facta à Sacra Congregatione quod in fortioribus terminis probata iudicio Examinatorum, etiam absolute quem reprobaverint, posse appellari, item à prælectione Episcopi, qui secutus iudicium Examinatorum unum magis idoneum prætulit posse per eum, qui repulsi sunt absolute appellari & ad novum examen provocari: Congregatio generalis re diligentiissime perpensa, censuit provisiones reituli in e. cum sitars, in . . . quæst. infra ead.

Sed gravior est difficultas an iudici appellations per alia documenta constare debeat de irrationabili iudicio Episcopi, antequam decernat novum examen inter provocatum & præelectum.

Rota coram Gregorio XV. decis. 11. num. 1. resolvit in concursu ad Parochialem ex constitutione Pii V. ita demum concedi appellacionem à iudicio & electione Episcopi, si dolosè & irrationabiliter iudicaverit; quæ irrationabilitas & dolus liquido probari debent & dixit hoc probari ex verbis constitutionis expressis alias ad hoc ponderatis in prælegata Raven. Parochialis. Et idem resolvit in decisione ejusdem Gregorii 538. num. 5. Item in decisione 40. sub numero 1. par. 1. in recent. & decis. 654. numero 4. par. 4. in noviss. & complures alias decisiones refert Gonzalez ad regul. 8. Cancellaria in gloss. 4. à num. 139.

Sed oppositum censuit S. Congregatio Concilii; nam die 12. Junii 1603. In causa Psforten. proposito hoc dubio; Cor. 3. dicitur Mathias inter cetera dixit examini valde favore constitutionem sanctæ memoriæ Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum, quæ dum vult licere magis idoneo, posthabito per Episcopum appellare & ad novum examen provocare. Et confilio de Episcopi eligenti irrationabili iudicio Parochialem hæc magis idoneo esse conferendum: sicut manifestè requirit novum examen ad hujusmodi irrationabile iudicium cognoscendum, ita ut non sit necesse de illo constare antequam decernatur examen; sed abique eo quod de tali iudicio irrationabili constet, illud debere decerni, ut per examen perveniat ad cognitionem irrationabilis iudicii. Et propterea Rota, qui in decisione coram Ludovico aliter sentit, non videtur consentanea menti & verbis dictæ constitutionis. Nec decilio defendi potest ea ratione, quod cum constitutio ita demum tribuat rejecto facultatem appellandi & ad novum examen provocandi, si Prælati sibi fuerit minus idoneus, de hæc conditione, sub qua constitutio loquitur; ante omnia constare debeat. Quia responderetur hæc constitutioem esse ante omnia probandam, sed de ea constare posse debere per examen & processum, alioquin sequeretur ut talis conditio deberet verificari nedum ante examen, sed etiam ante appellacionem, cum illam conditionem constitutio requirit in utroque. Absurdissimum autem esset oportere de irrationabili iudicio constare ante appellacionem. Præterea ea non potest dici constitutio, cum præsentis rei veritatem respiciat & non futuræ implementationis, quod est de natura conditionis. Itaque Marthius omnino sententiam novam inter utrumque examen esse decernendum, iustitiam ejusdem fuit sententia, eâ quodâ finis in casu. Constitutio

ne tolluntur; tamen illius effectus ordinis sacro improportionabiles & incongrui. Hæc conclusio est Antonii de Butr hic n. 8. v. Ordo sacer, & probatur in dicta authent. Presbiteros, C. De Episc. & Cler. ubi Presbiteri & alii Clerici in calibus ibi expressis quoad effectus civiles non tenentur sequi patris auctoritatem, sed liberam habent honorum dispositionem. Et tamen dicuntur esse in patria potestate, ut patet ibi licet sub parentum potestate sint. Item efficaciter probat text. in capite fin. in fine, de iudic. lib. 6. ubi in causis Ecclesiasticis Clericus in potestate patris existens sine assensu patris agere potest & sic tollitur effectus civilis, sed patria potestas non tollitur.

46 Hinc inferitur primò, ut in beneficiis & aliis causis spiritalibus & ab eis dependentibus filius familias Clericus agere possit sine patris auctoritate, ita ut si major quatuordecim annis, per se & per procuratorem possit causam agere & defendere. Si verò sit minor quatuordecim, agere possit tantummodò per procuratorem sibi datum ad lites auctoritate iudicis Ecclesiastici, ut de his omnibus est casus litteralis in d. cap. fin. de iudic. lib. 6. ad quem generaliter remittunt Doctores hic, & in specie Joan. Andr. Collectar. Bellam. Butr. & alii supracitati num. 35. ver. ceterum, effectus enim patrie potestatis in huiusmodi causis non congruit cum sacro ordine.

47 Inferitur secundò, ut quoad violentam manuum injectionem sacer ordo tollat effectum patrie potestatis, ita ut pater percutiens filium in sacro ordine constitutum, in excommunicationem incidat, perinde ac si Clericum extraneum percuteret, ut efficaciter probat textus à contrario sensu in c. cum voluntate, §. fin. De sentent. excommunicationum. Cum enim percutientes correctionis causa propinquos inferiorum graduum, id est, minorum ordinum in sententiam excommunicationis non incidant, ut ibi deciditur, utique à contrario in huiusmodi sententiam incidunt, qui percutiunt propinquos superiorum graduum, id est, in sacris constitutos: & ita videtur sentire ibi gloss. fin. & tenent expressè Hoff. num. 13. Butr. num. 25. & Abb. n. 8. v. Item quoad percussorem. Idem firmant hic Hoffen. num. 8. ver. Item quoad vim violentiam. Joan. Andr. num. 13. ver. Item quoad violentiam & reliqui omnes, gloss. in c. 1. ver. & à Magistris, 23. q. 5. dicens: datur ita potestas patri in filium Clericum quousque sacrum ordinem recipit, licet ordo non liberet à patria potestate. Archid. ib. n. 5. Lap. in c. fin. de iudic. lib. 6. Effectus enim patrie potestatis quoad manuum injectionem utique non est proportionabilis cum dignitate sacri ordinis, ut per Abb. ubi supra. Et quamvis nonnulli ex antiquis contrarium sentierint, videlicet Barthol. Brixien. & Tancred. supra citat. num. 20. afferentes partem non incurere excommunicationem si correctionis causa percutiat filium in sacris constitutum, quia manus illa non dicitur iniuriola; tamen ut Butr. & Abb. inquirunt huiusmodi manu saltem est temeraria ratione sacri ordinis. Ideoque videmus Prælatum in excommunicationem incidere, si correctionis causa faciat percuti Clericum per laicum, quia reperitur ibi temeritas licet non violentia, ut in c. d. Universitatis, ibi, Temerarias manus præsumit injicere, supra eod.

50 Inferitur terciò, ut propter nimiam ogestatem non liceat patri distrahere filium in sacris constitutum, juxta text. in l. 2. C. De patrib. qui fil. distraher. quia hic effectus distractionis ordini sacro non congruit. Ita Hoffen. hic num. 8. ver. Quare, & bene sequitur, quem Joan. Andr. Butr. & alii sequuntur. Idem tenet gloss. in c. fin. in ver. Regulariter, & de iudic. lib. 6.

Fateatur etiam Hoffen. num. 7. in fine, filium in sacris constitutum esse privilegium quoad peculium adventitium, & ex notatis in c. Quia nos, de testamentis. Et cum eo transeunt simpliciter Joan. Andr. num. 13. ver. Fateatur tamen. Bellam. eodem num. ver. nec etiam per promotionem ad sacros. Butr. num. 8. ubi ait quoad peculium adventitium esse sublatum effectum patrie potestatis, Anchar. num. 2. ver. Fateatur tamen Hoffen. & alii communiter. Idem firmat Specul. in titul. de pñore, ver. Sed cum Clericorum, & Lap. Abbas in d. c. fin. de iud. l. 6. ubi tenet filium per sacrum ordinem non liberari à patria potestate in bonis patrimonialibus & profectis; fecit àn adventitium & in quæsitis post Clericatum: quamvis aliis de adventitio filius familias testari non possit, etiam permittente patre, ut l. Qui in potestate, ff. De testam. & notat hic Pet. 53 de Anchar. num. 2. ver. In adventitio enim. Et ita ex facto respondit Barthol. in cons. 61. incipit. Filius familias, n. 3. v. circa quod sciendum est, lib. 1. Nam ut ipse ait, quidquid ac-

quiritur à filio Presbitero, quantum sibi pleno jure; & hoc si queratur causa adventitia, non contemplatione Ecclesiæ, vel sacerdotis officii: allegat text. in d. Authent. Presbiteros, C. De Episcop. & Cler. subdum hoc tenere ibi Cinum & Innocent. & Hoffen. in d. cap. Quia nos, de testam. & concludit quoad huiusmodi acquisitionem filium familias haberi sui juris.

Non obstant argumenta superius ad lucta pro contraria opinione. Ad primum enim responderetur non esse inconveniens, ut qui alios regit, nihilominus regatur ab alio. Quin imò, ut inquit Hoffen. hic num. 3. & post eum Joan. Andr. num. 9. & Bellam. num. 15. ver. Supple glassas, eò ipso quòd habet aliquis alium sub se, necesse est, ut recognoscat alium super se, excepto Papa, cap. Licet, §. fin. de elect. alioquin esset accephalus, cap. A Subdiacono & c. nulla, 93. dist. c. Abbatibus, 18. quæst. 2. Et propterea in l. 2. ff. De maner. & honor. quantum ad honores dicitur habere filium in potestate etiam is, qui est in potestate alterius. At idem text. in l. Per adoptionem, & l. si consul, ff. De adopt. ubi si Senator à plebeo adoptetur, nec ipse, nec ejus filius definit esse Senator, quia dignitas per adoptionem non minuitur.

Ad secundum patet solutio ex dictis in secunda conclusione, n. 44. & seqq.

Ad tertium similiter patet responsio ex dictis, numer.

47. Ad quartum responderetur Hoffen. hic num. 5. circa finem, non esse bonum simile de dominicali ad patriam potestatem: nam est Dominicalis sit fortior quoad quædam, non tamen simpliciter & absolute, ut notatur in cap. antea, §. Quid & de realibus supra, & de infam. expof. Etenim Dominicalis adeò dicitur per sacrum ordinem, ut nec servus remaneat ut in d. cap. Per venerabilem, §. Præterea. Qui fil. sit legit. cum concord. sed patria quantumcumque solvatur, semper filius remanet, ut §. Adoptivi veri emancipati, & §. seqq. instituit. de heredit. qua ab intest. de servan. Rursus Dominicalis odiosa, quia volens, §. In autem gentium, instit. de iure natur. sed patria favorabilis, quia naturalis, ut instit. de iure natur. responj. 1. & de libertat. §. 1. Non ergo sequitur: odiosa solvitur per sacri ordinis susceptionem: igitur & favorabilis. Ad hoc l. cum quidam, ff. De liber. & posthum. & c. Odis, de regul. jur. lib. 1. Bellam. num. 15. ver. Dicitur Hoffen. & perique alii: & ex his patet etiam responsio ad confirmationem.

Ad quintum responderetur, dignitatem sacerdotalem esse eminentiorem qualibet dignitate seculari quantum ad spiritualia, cap. Suscipitis, 10. dist. cap. cum ad verum, 96. dist. & d. cap. Soluta, §. Quid autem sequitur, de major & obediens. & hoc respectu licet dignitas Paritatis, vel Consularis solvit jus patrie potestatis in profanis ita sacerdotalis dignitas in Ecclesiasticis & spiritalibus, ut in c. fin. de iud. l. 6. & latus dictum est, supra num. 46.

Ad ultimum responderetur, quod hoc non procedere paritatem inter professionem regularem & sacrum ordinem. Nam filius familias per ingressum religionis ita transit in potestatem Prælati regularis, ut vellet, non nolen non habeat & ejus arbitrium non ex sua, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit & cujus imperio se subiecit, voluntate dependeat, ut dicit textus in cap. si religiosus, de elect. lib. 6. & concord. cap. non dicatis, 12. quæst. 1. cap. Quorundam, supra de elect. cap. ait. De sepulture, & cap. religiosus, de testam. lib. 6. Quod non contingit per assumptionem sacri ordinis. Ad hoc autem ut per mutationem status huiusmodi pater perdat jus patrie potestatis, requiritur ut filius eundem statum proreus amittat. Quod verificatur si filius efficitur servus pœnz vel Monasterium ingrediatur, aut servituti mancipetur, ut declarat gloss. d. l. si ex causa, §. Pomponius, in ver. cum statum mutat, ff. De minor. Præterea per ingressum religionis quidquid habet Monachus, transfert in Monasterium & Monasterio acquiritur, authent. Ingressi, C. De sacros. Ecclæs. d. cap. Non dicatis, & c. Nolo 12. q. 1. Doctores in cap. In presentia, de probat. ergo pater ex vi patrie potestatis nullum jus potest in eisdem bonis sibi vendicare quoad proprietatem, vel administrationem, cap. 2. & c. cum ad Monasterium, de stat. Monachor.

Hec autem non obtinent in filio ad sacros ordines assumpto, quia nihilominus habere potest bona profectis, qua patri ex toto acquiruntur, ut l. cum oportet, C. De bon. qua liber. secundum Innoc. & alios supracitados num. 33.

DE ÆTATE ET QUALITATE

Idem Alexander III.

CAPUT IV.

Am te decet: & infra. Arcius inhihemus ne personas, quæ in Ecclesiis tui Episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliqua occasione vel etiam litterarum nostrarum obtentu institui patiaris, quæ scientia, moribus & ætate, Concilii non congruant institutis. Sed etiam habentes plures Ecclesias, quæ ex una non pendeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad unam ipsarum quam maluerit dimittere nisi ita fuerint tenues in substantia, quòd proprios sacerdotes non possint convenienter alere.

SUMMARIUM.

- 1 Nignus scientia, moribus, vel ætate ad Ecclesiam curam, institui non debet, & num. 8.
- 2 Instituta beneficiorum de jure communi ad Episcopum spectant.
- 3 Instituta auctoritabilis non competit inferioribus Prælati etiam ex consuetudine, vel præscriptione.
- 4 Nisi habeant jurisdictionem quæsi Episcopalem in Clerum, & Populum private ad Episcopum.
- 5 Instituta corporalia de jure communi ad Archidiaconum pertinent.
- 6 Episcopus de jure communi fundat intentionem super collatione omnium beneficiorum sua Diocesi.
- 7 Institutio collativa potest competere inferiori ex consuetudine.
- 8 Episcopus etiam dispensativè non potest præficere Parochiali Ecclesie non idoneam ætate moribus vel doctrina.
- 9 Scientia in promovendo ad beneficium curam an sit moribus præferenda.
- 10 Doctrina sufficienter requiritur de substantia in Pastore; Sanctitas verò tanquam conditio sine qua non.
- 11 Prælati eligendus est melior non simpliciter, sed quoad regimen Ecclesie, & num. 22.
- 12 Idoneus magis ad officium regimini aliquis esse potest, qui tamen non excuset gratia janctitatis.
- 13 Prælati potest verbum Dei prædicare & Sacramenta administrare, etiam sine charitate; non autem si sit prorsus illiteratus.
- 14 Qualitates scientie & morum in Pastore vario ordine recensentur à sacris Canonibus & Conciliis.
- 15 Examinatores nisi retulerint concurrentes idoneos quoad omnes qualitates, concursus est nullus.
- 16 Sufficit tamen si resonantur simpliciter aliquem idoneum, vel non idoneum, approbatum, vel reprobatum.
- 17 Examinatores in concursu Parochialium Ecclesiarum an debeant vota sua palam dare.
- 18 In concursu Parochialis præferri debet is, cujus mores probati sunt, doctiori cujus vita ignoratur & multò magis si prævaluit.
- 19 Criminosi non præferuntur admitti ad concursum, cum sit in facultate Ordinarii eos non approbare.
- 20 Episcopus in concursu Parochialis an teneatur omnino præeligere digniorem, ita ut aliis licet postposito appellare, & numer. seqq. usque ad numer. 40.
- 21 Quid ex Concilio Tridentino, num. 24.
- 22 Et quid post Bullam Pii V. num. 27.
- 23 Dignus eligens posthabito digniori peccat contra justitiam distributivam.
- 24 Electio de digno posthabito digniori post factum sustinetur de Jure Communi.
- 25 Præsumitur pro Ordinarii iudicio.
- 26 Et ad irrationabilitatem Ordinarii excludendam sufficit, ut possint in electo concurrere majores qualitates.
- 27 Appellatio devolutiva in vim Concilii Tridentini datur à reprobatione Examinatorum, sed non ab irrationabili iudicio Episcopi.
- 27 Appellare potest magis idoneus postpositus à mala Episcopi electione & provocare præelectum ad novum examen ex Constitutione Pii V.
- 28 Sed interim executio non suspenditur.
- 29 Concilius, Index appellationis ex Bulla Pii V. an possit vocare præelectum ad novum examen antequam reiectus doceat per alia documenta de irrationabili iudicio Episcopi, & numer. seqq. usque in finem.
- 30 Appellatio à mala Episcopi electione ex sententia Rotæ ita donum conceditur, si Episcopus dolose & irrationabiliter judicaverit. Et irrationabilitas, & dolus liquidò probari debent, ibidem.
- 31 Contrarium ex sententia Congregationis Concilii, num. 311. usque ad num. 40.
- 32 Bulla Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum expenditur, & numer. seqq. usque ad num. 36.
- 33 Examen inter reiectum & præelectum in concursu coram Iudice appellationis fieri debet non solum quoad scientiam, sed etiam quoad alias qualitates, & num. 42.
- 34 Promovendus de jure Communi prius examinandus est quoad doctrinam, deinde quoad alias qualitates, & numer. 49.
- 35 Bulla Pii V. recipit interpretationem passivam à jure communi.
- 36 Appellans debet causam talem exponere, qua si foret probata, deberet legitime judicari.
- 37 Appellans à reprobatione Examinatorum & à mala Episcopi electione, potest provocare præelectum ad novum examen.
- 38 Concursus plures in Urbe habiti ex Decreto Sacre Congregationis Concilii inter Appellantem & præelectum.
- 39 Electio detrahente novum examen jubere infra præfixum terminum: jubetur Appellans coram Urbis Vicario examinari.
- 40 Concursus novus ex stilo Congregationis Concilii in Urbe instituitur, ubi Appellans de irrationabili iudicio Episcopi dederit sumum.
- 41 Episcopi iudicium in præelectione unius ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam ex quibus deprehendatur iussu irrationabile & num. 42. usque in finem.
- 42 Causa appellationis à mala Episcopi electione prius Rotæ commissa in tertia instantia remittitur à Sanctissimo ad Congregationem Concilii.
- 43 Concurrentium qualitates sunt invicem conferendæ, ut liquet inter coram sit magis idoneus.
- 44 Canonista in locis de hæresi non suspectus præferendus est non Theologo.
- 45 Nobilis cæteris paribus ignobili est præferendus.
- 46 Furoris qualitas ex quibus probatur.
- 47 Furor probatur per testes singulares.
- 48 Furiosus etiam si respuerit, promoveri non potest absque dispensatione Apostolica.
- 49 Affectus inordinatus Episcopi in præelectione minus idonei ex quibus eliciatur.
- 50 Sententia defectus, evidentius, facilius & promptius probari potest per examen, quàm defectus persona.

ma Sapientia est. Et de verbo gubernare, in ordine ad alios sunt jura clara in cap. finali. ubi: Ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit, infra de Cler. egrotan. in c. In singula, de Prob. lib. 6. in proem. insit. in princ. & pallium alibi.

Tertio nota ibi, irritabilis, collationem beneficii factam minori annis quatuordecim non videri irritam ipso jure, sed irritandam, ut hic per Bellam. in ultimo notabil. At in oppositum est textus in cap. proximo. in fin. supra not. Timore hujus contrarii Hostiens. hic circa finem, & Joan. Andr. num. 5. exponit verbum illud, irritabilis id est irritum esse pronuntiabimus, ut in c. Qualiter, in fine, supra de elect. Et hoc tenent, concordat Concilium Tridentinum in c. 6. sess. 23. ubi verbum, potest, precedente negatione, nullas, admittit potentiam, & actum inficit, secundum glossam ordinariam in capite Beneficium, de regularis. jur. lib. 6. Et ex sententia S. Congregationis Concilii dixit in cap. Super inordinata, num. 15. inf. de prob.

Ultimo nota ibi, inobedientiam vestram graviter punimus: argumentum optimum quod Episcopus dispensare non potest super defectu etatis ad beneficia: nam si potest dispensare, utique minori conferendo non esset puniendus, ut hic dicitur. Quia quod legitime factum est, poenam non meretur, l. Grachus, C. De adult. & notat gloss. 1. in c. 2. supra de constit. concordat textus in c. Nihil, supra de elect. ubi puniuntur Prelati confirmantes electum ante etatem legitimam: & gloss. ibi, in verb. Etatis, expressè loquitur, patet hic quod Episcopi in etate dispensare non possunt, cum puniantur si hoc fecerint, aliter non deberent puniri.

Verum Innocent. hic circa finem, & Hostiens. num. 10. in ver. Annam, dicunt in hac Decretali prohibendum esse dispensationem infra decimum quartum annum dumtaxat, supra verò tenent Episcopum dispensare posse etiam ad perionatur, & beneficia curata urgente necessitate, vel evidentis Ecclesie utilitate exigente, cum non sit prohibitum, argum. cap. Nam infra de sentent. excommuni. Nam defectus etatis morum poterit suppleri probitate, cap. fin. 77. dist. 1. Certè, & l. Unicusque, cap. De proxim. sacror. strin. lib. 12. Nec obstat cap. prox. supra eod. ubi Archiepiscopus dispensat in decimo. Quoniam secundum Innoc. Decretalis illa corrigitur per hanc. Vel secundum Host. illud fit ibi auctoritate Papæ, aliis enim Episcopus cum minore quatuordecim annorum dispensare non potest, licet possit cum majore.

Sed quidquid dicant, de jure tenent quod habetur in c. unico, de etat. & qual. lib. 6. ubi permittitur ut Episcopi dispensent cum majoribus viginti annis in Dignitatibus, & Personatibus, quibus cura non imminet amittamur. Ergo à contrario si imminet, dispensatio eis non permittitur, ut ibi notat gloss. in ver. Non imminet, que à Doctoribus communiter approbatur, & tenent hic Joan. Andr. Ad finem vers. Sed quidquid dicant, Bellam. in 3. oppositum. vers. Sed contra Butr. num. 6. vers. Sed quidquid dicant, & Card. in 4. notat. licet etiam post illam Decretalem Archidiacon. tenere voluerit eandem opinionem & male, ut inquit Johannes Andr. & Cardin. ubi supra. Verum hodie cum ex decreto Concilii Trident. cap. 12. §. Ad cateras, sess. 24. ad dignitates non curatas alium debeant Clerici viginti duobus annis non minores, adempta est Episcopi facultas, quam habebant ex l. c. unico. Nam contra decretum illud Concilii Episcopi dispensare non possunt, ut scripti latissime in cap. fin. infra de fil. Presbiter. & in c. Dilatus, super tit. prox.

Quero, an Clericus quatuordecim annorum sit capax Preposituræ habentis nudum ministerium aliquot beneficia conferendi approbata ab Ordinario.

Cum Prepositura, de qua agitur, non sit Dignitas, ut post Archid. deducit Gem. in c. 1. sub num. 7. de consuet. in 6. & Rota dec. 17. innot. Fuit dubitatum, sub num. 1. vers. Præterea, de concess. prob. in nov. nullamque curam fore contentiosam, aut penitentiam habeat, que beneficio inhæret ut beneficium dici possit curatum juxta cap.

Dudum il. 2. ubi Abb. num. 8. & ceteri, de elect. Rebuff. de nomi. quest. 9. num. 53. minime collationem, vel administrationem, seu jurisdictionem super subditos habeat, sed tantummodò nudum ministerium in conferendo aliqua beneficia approbata ab Ordinario: merito dicitur & reputatur simplex beneficium & tanquam tale potest Clerico in decimo quarto sue etatis anno constituto conferri, ut patet hic & in cap. Super inordinata, ubi Host. Joan. Andr. & omnes notant, infra de probend. Bernach. de Episc. in 1. part. 2. lib. quest. 31. num. 56. ubi loquitur etiam in Canonico & prebenda, que sonant in Dignitatem. Et Fedrico, de Sen. conf. 132. qui loquitur in Prioratu. Quod videtur sine difficultate procedere inspecta consuetudine conferendi, seu commendandi similia beneficia Clericis in minori etate constitutis, cui plurimum tribuitur quando ipsa beneficia non habent curam animarum, vel sacrum or-

dinem annexum ex privilegio vel constitutione, ut notat Abb. in cap. Cum in curia, §. Inferiora, in fin. supra de elect.

Non obstat, quod Prepositura hujusmodi habeat collationem quorundam beneficiorum in Diocesi Cassanen. & extra consuetudinem; & propterea pretendatur ut tam ratione examinis approbandorum, quam ipsius collationis requiratur major etas. Etenim examen pertinet ad Ordinarium, in cuius Diocesi sita sunt beneficia tam ex dispositione juris, ut in cap. Relatum, de jurepat. & in cap. Ex frequentibus, de Institution. quam Concilii Tridentini, in cap. 13. sess. 24. Atque ita solum nudum ministerium collationis faciende remaneret penes Prepositum, quod competere potest nedum ex privilegio, cap. Cum aliquibus, de rescript. in 6. & cap. Is cui, de prob. eod. lib. & tradit Rebuff. de nominat. quest. 8. num. 6. & 9. Sed etiam ratione ipsius Ecclesie, à qua collatio dependet, ut per Rebuff. ubi supra & Abb. in cap. Cum nobis, circa fin. de elect.

Et hinc est, ut mulier succedens in aliquo officio, seu dignitate, que habeat aliquam jurisdictionem annexam quamvis aliis capax non sit jurisdictionis & exercitii curæ animarum; tamen elicitum capax & potest per seipsam administrare jurisdictionem & beneficia conferre, ut resolvit Rota dec. 21. de prob. antiquo Abb. in cap. Cum venerabilis, num. 20. de consuet. Felin. in cap. Cum dilectus, num. 36. de excep. & Joan. de Selva de benef. quest. 5. num. 1. & 5. Et simili modo pupillus major septennio potest præsentare, & nominare, & quod amplius est, si concurrat cum ejus tutore, prelerat præsentans à pupillo, cap. Ex eo ubi gloss. fin. & Gem. num. 8. & Franc. sub num. 3. de elect. in festo.

Quapropter cum hoc jus conferendi consistat in mero, & nudo exercitio, cujus tam majores, quam minores & mulieres sunt capaces & hoc beneficium sit simplex, licet dictam jurisdictionem habeat, ut supra ostensum est, & respondit aliis Sacra Congregatio Concilii fere in his terminis quam secuta fuit Rota curam Pigna in causa Conchen. Archiepresbiteratus 28. Januarii 1594. que habetur impressa apud Garziam de benef. part. 5. cap. 3. num. 98. merito provisio, pro qua supplicatur, nisi aliter Sanctissimo D. N. videatur, non videtur deneganda.

In glossa prima quero, an sacer ordo eximat filium à patria potestate.

De ordine, seu dignitate Episcopalis expeditum est tam de jure civili, ut in Authen. Sed Episcopalis dignitas, c. De Episcop. & Cler. quam de jure Canonico, ut in cap. Si servus sciens, ubi, sed & jus patria potestatis soluit Episcopalis dignitas, §. 4. dist. 8. & in cap. Per venerabilem circa princ. ibi, Eo ipso quod aliquis ad apicem Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate, infra quod fil. sui legit. & tenent hic Innocent. Hostiens. num. 5. Anton. de Butr. numer. 3. vers. Die quod ordo Episcopalis, Anchar. numer. 2. & alii communiter, Abb. in cap. Cum voluntate, numer. 8. infra de sentent. excommuni. Similiter non dubitatur quin Clericus sit in patria potestate, quando est in minoribus ordinibus constitutus, nisi emancipetur: ubi enim probat textus in d. cap. Cum voluntate, §. fin. ubi hoc tenet gloss. ult. communiter approbata. Lap. Abb. & Petr. de Anchar. in cap. fin. De judic. lib. 6. & Bellam. his num. 12. ver. Nec etiam per promotionem.

Sed de Ordinibus sacris articulus est admodum controversus. Nam gloss. 1. hic arguit pro & contra; & tandem concludit quemlibet sacrum Ordinem liberare à patria potestate, dicens hoc esse verum. Idem tenent hic Laurent. Vincen. & Tancred. Item gloss. ult. & Goffred. in d. cap. Cum voluntate, & Bartholom. Brixien. in suis quest. venerabil. quest. 87. que incipit, Queritur an pater percussus, in titul. de sent. excomm. ut notatur, cap. Cum beatus, in gloss. 1. in fine 45. dist.

Pro qua opinione adducitur primò ratio hujus Decretalis. Nam indecorum est ut regat Ecclesiam qui non possit gubernare se ipsum, ut hic Ergo si debet scire seipsum regere non debet regi & consequenter non debet esse in potestate alterius, ut deducit gloss. 1. & Cardinal. in 2. notat. Ex quo apparet nullum Prelatum, aut in sacris ordinibus constitutum debere in potestate patris existere, ad quod allego textum in Authen. Constitutio, que de dignitatibus, §. Propterea, ubi, cum namque qui tantorum iudex est, & tantis jubet, manere sub potestate alterius indignum judicavimus. Ad idem textus in l. Patri, in fine, & l. Sic eveniet ff. de adult. ubi filius familias pater non potest occidere adulterum simul cum filia, quia illam in sua potestate non habet, cum sit in potestate alterius & in l. fin. D. De legit. ubi tutor non debet esse sub tutela, nec Curator sub cura, & §. Minores, institut. de excusat. tutor. ubi existentes sub cura tutelam, vel curam non gerunt. Secundo pro hac opinione adducitur textus in l. Filias familias, §. De

ius, qui sunt sui, vel alienum. jur. ubi quantum ad jus publicum patria potestas non curatur, sed filius familias loco patris familias habetur & l. Ille, §. fin. & in l. Nam quod ad jus, ff. Ad Trebell. ubi filius familias Magistratum gerens cogit patrem adire & restituere hereditatem, quam dicit suspectam, quia non attenditur patria potestas in eo, quod ad jus publicum attinet. Jus autem publicum in sacris, in Sacerdotibus, in Magistratibus consistit, lege primà §. Publicum jus, ff. De justitia & jure de capite jus publicum 1. distinctione. Tertio inducitur pro hac parte, capite Cum voluntate, §. fin. De sent. excommuni. ubi filius familias est sub patria potestate quoad violentiam manu iniectionem, si sit inferiori gradu, id est in minoribus ordinibus constitutus, secundum communem expositionem: Ergo à contrario, si sit superiori gradu, id est in sacro ordine exemptus est à potestate patris: ex eo enim quod de illis specialiter permittit, videtur de illis negare, cap. Dispositio. 45. dist. 8. gloss. in c. Quis, in ver. Negatur, 25. dist. 8. Et ita arguit gloss. fin. in d. capite Cum voluntate.

Quarto probatur eadem sententia, quia sacer ordo liberat à potestate Dominica, id est servitutis, quod est plus. Ergo & à patria potestate, quod est minus, c. ex parte, in d. c. Si servus sciens, §. 4. dist. 8. De Sacerdotio in c. Ex antiquis, & c. Frequens, ead. dist. 8. in d. cap. Per venerabilem, circa princ. vers. Præterea, qui filii sui legit. de Diacono, in eod. c. Ex antiquis ubi cautum est ut prellando Vicarium liberetur. Subdiaconus autem eodem jure censetur cum Diacono, ut in c. Miramur, de serv. non ordin. & in c. à multis, inf. eod.

Et confirmatur, quia ratio cur ordo Sacerdotalis liberet à jure servitutis, ea est, quia monstrum videretur, ut qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa secularibus actibus illegitimis remaneret, ut formaliter dicitur in d. c. per venerabilem. Hæc autem ratio videt etiam in patria potestate. Ergo utrobique idem jus esse debet, ut l. Illud ff. ad l. Aquil. & l. Cum Peter, §. Dulcissimi, ff. De leg. 2. cum vulgar. Quanto valde urget pro hac parte, quod Dignitas Patriarcalis, & Consulatus jus patrie potestatis soluit, ut insinuat. quibus mod. jus patrie potest. solvat. §. Filias familias, l. fin. C. De consul. lib. 12. in Authen. que de dignitate, §. 2. Collat. 6. & Authen. Sed dignitas, C. De Episcop. & Cler. Ergo fortius idem dicendum in Sacerdotio, quia nulla dignitas secularis æquiparari potest Sacerdotio, c. Duo sunt, 96. dist. 8. c. Solita, & de major, & eod. & notat hic gloss. vers. Item nulla dignitas, & Hostiens. num. 5. licet interdum æquiparentur constituti in sacris & illustres, l. Ad similitudinem, C. De Episc. & Cler. Joan. Andr. hic num. 12. Ultimo, alii omnino per hac opinionem adducitur, quod professo regularis liberat à patria potestate, sicut liberat à Dominica, ut in d. Si servus sciens, §. 4. dist. 8. & tenent gloss. in l. Si ex causa §. pomponius, in ver. Cum statum mutat, & ibi Doctores, ff. De minor. Feder. de Sen. conf. 191. Quæstio talis est Scholasticus, num. 2. vers. Hinc, est, & Alexand. conf. 78. In causa, & l. ite, in princ. lib. 7. & Butr. hic num. 15. Ergo idem dicendum in sacro ordine; quia licet solemnizatur votum per professionem regularem, ita & per Sacri Ordinis susceptionem, ut in c. an. de voto lib. 6.

Contrariam opinionem tenet Innocent hic num. 2. vers. Nobis videtur: qui distinguit inter res patrimoniales, seu profectivas, & inter res Ecclesiasticas. Est in primo membro conclusio Prelaturam inferiorum Episcopatu, vel sacrum Ordinem non eximere filium familias à patria potestate in rebus paternis, & in omnibus secularibus, cum hoc jure curam non reperitur. Ideoque si talis velit agere de patrimonio, seu conventu, vel hereditatem adire agere auctoritate patris, in cuius potestate existit, l. Cum oportet, & l. Cum non solum, C. De bon. que liber. Ita Innoc. cui in hoc primo membro consentiunt Petr. de Samp. & Abb. Antiq. hic n. 2. vers. Sed cum Innocentius dicebat magister Petrus. Host. n. 5. vers. Non tuto quod sacro ordo & vers. Unde dicit quod quantum ad patrimonialia, Jo. Andr. n. 13. Collectat. in princ. Bellam. n. 13. Butr. n. 8. Anchar. n. 2. & Joan. de Ann. n. 1. Lap. in cap. fin. de judic. lib. 6. Idem tenent in c. Cum voluntate, de sentent. excommuni. Henrich. Boich. circa fin. Anchar. n. 5. vers. Ego dico secundum Juristas, Abb. n. 8. & Felin. circa med. in gloss. ver. Graduum, & Idem Abbas conf. 45. videtur Primo, n. 3. circa finem, vers. Et quamquam dicitur heres sit Clericus. lib. 2. ubi ait hanc opinionem tenent Innoc. hic, & communiter Doctores, licet gloss. tertia contrarium sentiat, & male.

In secundo autem membro, id est, in rebus Ecclesiasticis Innocent. tenet filium in sacris ordinibus constitutum non esse sub patria potestate, argument. c. Ex part. §. Quis Fagnan. in l. Lib. Decretal.

igitur, ubi hoc videtur expressum, inf. de restit. solut. c. Bene quidem, 96. dist. 8. c. Casam, il. 1. inf. de Judic. In his enim, que filius ratione ordinis, vel dignitatis agit, nihil ad patrem, ut in l. Ille à quo, §. ult. & l. Jegg. in princ. ff. Ad Trebell. & in aliis in iuribus supra allegatis in primo argumento contrario, num. 21. & Jegg. Ideoque si beneficiarius sit minor, dabitur ei à Prelato curator ad lites cap. 1. 12. g. 1. l. fin. in princ. C. De Curat. furios. & l. fin. §. Qui à Patre, C. De bon. que liber. Si autem major sit, agat ut alius, l. 2. ff. Ad Macedon. Si verò nomine Ecclesie agat, auctoritas patris non requiritur, sed Prelati, cujus etiam auctoritate administrabit, cap. 1. De Procurator. l. Omnes, §. Hoc nihilominus, C. De Episcop. & Cler.

Nec obstat, Autem. Presbiteros, c. De Episc. & Cleric. ubi patri legitima in bonis fili reservatur. Quoniam hoc verum est in bonis profanis. In Ecclesiasticis autem pater nec per successione, nec alio modo commercium habebit, secundum Innocentium, cui in hoc secundo membro assensuuntur Hostiens. num. 13. vers. alii verò, Petr. & Abb. Jo. citato. Ceterum Joan. Andr. & reliqui omnes post eum, quod spectat ad Judicium, non recipiunt indubitanter dicta Innocentii in bonis Ecclesiasticis, sed dicunt, & bene hodie servandam esse dispositionem decretalis nitime de Judic. lib. 6. quam Innoc. Hostiens. Petr. & Abb. non videntur, cum scripserint ante Bonifacium VIII. illius conditorem.

Quid dicendum à Ego universam hanc materiam expediam per duas conclusiones cum quibusdam illustrationibus.

Prima conclusio est Hostiens. hic num. 5. vers. Non potest Anton. de Butr. num. 8. vers. Ordo sacer, gloss. per alium, & Archid. in d. cap. Circumcisiones, num. 5. vers. Die ergo 25. quest. 5. & auctorum fere omnium, videlicet: Sacer ordo non tollit omnino jus patrie potestatis, sive speciemus jus civile, sive jus canonicum: De jure civili hoc patet in d. Autem. Presbiteros, c. De Episc. & Cleric. ubi deservit verbis expressum est Presbiteros, Diaconos, Subdiaconos, Cantores, & Lectores sub parentum potestate esse. Et ita ibi tenent Legiste, & autem. Sed Episcopalis dignitas, c. Eodem, ut hic per Collectat. in princ. Ad idem textus in Autem. Constitutio que de dignitatibus, §. Illud quoque, ubi Angelus ait de jure civili filium Sacerdotem non esse liberum à patria potestate, & de hoc esse textum ibi De jure canonico probatur hoc efficaciter in c. Per venerabilem, circa princ. Quis fil. sui legit. inducendo illud dupliciter: Primò per locum à speciali: nam speciale est in Episcopatu ut liberet à patria potestate, idque propter culmen dignitatis Episcopalis, ut ibi, & in aut. Sed dignitas Episcopalis, c. De Episc. & Cleric. Ergo in contrarium est jus commune, l. Jus singulari, & l. Jegg. & l. Quod verò contra, ff. De legib. & ita hunc textum inducit Abbas in c. cum voluntate, num. 8. vers. Nam d. cum glossa, infra de sentent. excomm. Deinde, & tenent ponderando illa verba, ed ipso quod aliquis ad apicem Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate. Ergo alius familias antequam ad Episcopatum promoveretur, erat in potestate patris, & tamen erat Sacerdos, quia aliter non potuisset ordinari Episcopus, cap. Ex litteris, de excep. Prælat. & tenent communiter Theologi, & perique ex Canonistis, ut scripti in c. unico, in 1. notat. num. 6. de Cler. per salt. promot. Quam inductionem probant hic Abb. Antiq. num. 2. post Petr. Magistrum suum, Joan. Andr. num. 10. Bellam. num. 15. vers. Probat hoc. Butr. num. 8. vers. Ordo sacer non solvit, & Anchar. num. 2. vers. Nam, & Presbiter est sub patria potestate.

Quæ conclusio ratione etiam confirmari potest: nam ut inquit Hostiens. num. 5. jus patrie potestatis à jure naturali rationabili sumptis originem. Quod tamen jus gentium lex vocat ad differentiam juris communis naturalis, ut l. 1. in fine, l. 2. & 3. ff. De just. & jure. Unde quavis quoad effectus civiles tolli possit, ut inferius patebit in secunda conclusione; tamen quoad vinculum naturale debet immutabile permanere, ut §. Sed naturalia, inf. de jure natur. & §. fin. de leg. agnator. tutel. l. 2. §. Sed qui divina, c. De veter. jur. analicor. & dist. 5. in princ. §. Naturale jus, & notat idem Host. in d. c. Per venerabilem, n. 7. v. Eximitur à patria, ea jus vinculum est naturale. Qui fil. sui legit.

Hinc inferitur, ut in bonis patrimonialibus & profectivis adhuc remaneat effectus patrie potestatis: nimirum quia hæc in parte non reperitur à jure sublata secundum opinionem Innocentii hic, que communiter à Doctoribus recipitur, ut dictum est supra num. 33.

Inferitur secundò, ut filius per sacrum ordinem non solvatur à patria potestate quoad naturalem reverentiam, quam tenetur patri exhibere. Sicut è converso pater exhibebit reverentiam filio in oblationibus, confessionibus & aliis id genus & sic erit inter eos reciproca reverentia, quia aliud domus & aliud in Ecclesia, secundum Hostiens. ubi supra vers. & etiam quoad reverentiam.

Secunda conclusio est, quamvis per sacrum ordinem funditus non tollatur patria potestas, ut in precedenti conclusionibus, A 5

Secunda conclusio est, quamvis per sacrum ordinem funditus non tollatur patria potestas, ut in precedenti conclusionibus, A 5

Secunda conclusio est, quamvis per sacrum ordinem funditus non tollatur patria potestas, ut in precedenti conclusionibus, A 5

Secunda conclusio est, quamvis per sacrum ordinem funditus non tollatur patria potestas, ut in precedenti conclusionibus, A 5

libri nam si constabit eum furere vexatum fuisse, etiam si postea resipuerit, non potest tamen ad sacros ordines absque dispensatione Sedis Apostolicæ promoveri, Silveit. in ver. Caspate visitatus, num. 8. & Angel. eod. ver. num. 8. & probatur per textum in cap. Usque ad 33. disticti. Et sic tanquam irregularis non debuit admitti ad concursum, vel saltem non erat proponendus adversario nulla irregularitate, vel defectu simili laboranti.

Secundum caput, quo nittitur Thomas adversus iudicium Episcopi Pistoriensis est id quod pluribus modis probare tentavit, nempe Episcopum passionis affectum, non rationis iudicium, dum adversarium pretulit, secutum esse, cuius rei indicia & conjecturas plurimas deducit, quarum urgentiores sunt infra scriptæ.

Primo quia Episcopus ex quinque Examinatoribus Sinodalibus duos excludit, quorum alter nempe Honaphius Cellesius erat consanguineus Thomæ, alter vero nempe Cosmus Braciolinus erat eiusdem amicus & inter tres adhibuit Archidiaconum, qui extra Urbem morabatur & in concursibus adhiberi non consueverat, eò quod esset infestus familiaris de Cellesio, cum quo ipse plurimas & gravissimas lites habuerat, ut deponunt testes examinati coram Vicario Florentino super vigesimo secundo articulo.

Secundo quia Episcopus ante concursum pluribus dixerat se nolle Parochialem vacantem conferre Thomæ prædicto, quia homines familiaris illius iactabant futurum esse, ut ubi Thomas fuisset ab Examinatoribus approbatus; vellet, nollit Episcopus, Parochialem conferret Thomæ fore, ut non posset eam aliqua pensione onerare ob litteras Magni Ducis Etruriæ, qui eum rogabat ut si Thomas ceteris præferretur, pensione aliqua Parochialem illum gravare non deberet. Quia de re deponit unicus testis, nempe Joan. Baptista de Vassellinis, ut in processu fol. 133. Cum hoc telle concordant depositiones Joan. de Bardis, & Petri Maria de Rutatis, dum affirmant Episcopum ipsis dixisse se hanc Parochialem nullo pacto conferre velle Thomæ prædicto. Sed Joannes addit Episcopum subjuxisse se velle eam per fas, & nefas conferre Presbitero Cherubino dicti Joannis amico, & velle ut is consentiret pensioni scaturum centum ad requisitionem Episcopi, & quinquaginta pro nepote Joannis. Quod si nimis gravis ei videretur, posset ipse cessare ab ea per solvenda. Et cum ipse obiter, tunc nepos Joannis à successore eam posset exigere. Et Petrus Maria alius testis prædictum addit Episcopum dixisse Parochialem velle conferre Presbitero Cherubino, qui sibi pensionem promitteret. Et propterea et dixisse, ut quemdam Canonicum adiret, qui illum instrueret pro examine futuro; nollet autem hanc Parochialem conferre Thomæ Cellesio, quia pensionem consentire recusaverat.

Tertio ad eundem Episcopi affectum ostendendum ad-

ducitur pro parte Thomæ, quod non fuerit scriptis interrogaciones, neque responsones concurrentium. Quemadmodum alias factum fuisse ab Episcopis prædecessoribus videre est ex tribus concursibus, quorum acta authenticè exhibita sunt. Et propterea dicitur pro parte Thomæ Episcopum recessisse à consuetudo filio Tribunalis, & consequenter se reddidisse suspectum.

Sed pro parte Fagni negatur hic filius, & producantur acta publica quatuor concursuum, habitorum coram Episcopis prædecessoribus, ex quorum inspectione constat non esse scriptas interrogaciones, nec responsones concurrentium. Producentur etiam fides plurium Notariorum attestantium has interrogaciones, & responsones in illo Tribunali scribi non consuevisse; adeo ut de huiusmodi filio non possit dici constare, nec super eo fieri fundamentum.

Hic ita se habentibus in hac causa visum est ante omnia instituendum esse inter utrumque novum concursum in Urbe coram Cardinali Vicario. Nam est in vim Concilii Tridentini cap. 18. jess. 24. non liceat postpositò appellare à mala prælectione Episcopi, sed tantum à reprobatione Examinatorum, ut dicitur et supra num. 26. Datur tamen appellatio ab irrationabili iudicio ex Constitutione Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum, & novum examen decernitur inter appellationem, & prælectionem etiam, antequam consistat per alia documenta de mala prælectione, ut patet ex decisionibus relatis in præcedenti questione à num. 31. Et quamvis oporteat dare sumum de irrationabili iudicio; tamen hic sufficienter datur. Ideoque pleneque ex Patribus in hac ipsa causa Pistoriensis novum examen instituendum censuerunt, in nixi præcipue suspitionibus Episcopi à rejecto ut supra propolitis. Quippe ex ipso examine formandum erit iudicium uter eorum sit præstantior in qualitate scientiæ, ut in cap. Cum sit ars, infra, eod. ibi, Si rudes & ignaros ordinare præsumserint (quod quidem facile poterit deprehendi) id est per examinationem, ut exponunt Joan. Andr. num. 10. in ver. Deprehendi, & Bellom. in princ. in eodem verbo Ad idem textum in capite Si forte de electione libro sexto ubi si promovendo ad dignitatem obicitur perfectus scientiæ vel peritæ, textus præcipit, ut super scientia ante omnia subiciatur examinatio. Et initium propterea iubetur fieri à defectu scientiæ, quia illius probatio evidens, facilis, & promotiva est videlicet examinationem, ut ibi notat Archid. num. 1. vers. & secundum hoc, & Joan. Monach. in princ. & n. 11. Statim enim atque adversus Mathematicos imperitus Mathematico examinabitur, nisi patebit & adversus philosophos disputat & si ignoret dogmata philosophorum; ut inquit Hieron. in cap. Qui de mensa 237. dist. & in proposito refert Hoff. in d. cap. cum sit ars, n. 10. in ver. Facile poterit. Plura de hac materia examinis per concursum in Parochialibus Ecclesiis scripti in prædicta decretali, cum sit ars.

DE ÆTATE ET QUALITATE,

Idem Alexander III.

CAPUT V.

Præterea licet ad regimen Parochialis Ecclesiæ non debeat aliquis, nisi Subdiaconus sit ad minus, admitti. Dispensativè tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi. Dum tamen tales sint, quod infra breve tempus possint in Presbiteros ordinari.

SUMMARIUM.

- 1 Subdiaconatus ordo non est de minoribus, sed de sacris, licet in primitiva Ecclesia sacer ordo non reputaretur.
- 2 Ordines minores an requirantur ad obtinendum beneficium curatum, an verò sufficiat prima tonsura & n. seq. usque in fin.
- 3 Clericus non existens in sacris, olim non poterat assumi ad beneficium curatum nisi dispensativè.
- 4 Parochialis conferri potest Clerico in tali ætate constituto, ut infra annum ad sacros ordines promoveri possit.
- 5 Textus hic an fuerit correctus per c. Si pro Clerico, de Preb. lib. 6.
- 6 Ordines minores an requirantur ad obtinendum beneficium curatum tam per viam imperationis, quam electionis, vel institutionis.

Verbo

Verbo assumi vel admitti verificatur tam in electione, quam in collatione, vel Institutione.

Electio est favorabilis, collatio & Institutio edictæ.

Præterea. Is qui non est in sacris, si alias sit idoneus ad regimen Parochialis Ecclesiæ, dispensativè potest assumi. Hoc dicit. Sunt tres partes. Prima ponit rigorem. Secunda dispensationem. Tertia dispensationis determinationem. Secunda ibi, dispensativè. Tertia ibi, dum tamen.

Nota ordinem Subdiaconatus non esse de minoribus, sed de sacris. Licet enim sacer ordo non reputetur in Ecclesia primitiva, tamen à Constitutione Gregorij, atque urbani secundum, ad moderna tempora sacer gradus esse minime dubitatur. Quæ sunt verba Innocentij III. in c. Miramur, inf. de serv. non ordin. Constitutionem Gregorij habes in cap. Ante trimum, 31. dist. Constitutionem Urbani II. in c. erubescens, 32. dist.

Nec audiendi sunt qui incaute dixerunt Subdiaconatum olim non fuisse ordinem sacrum, ut Hoff. in cap. 1. n. 2. infra de Sacram. non iteran. & alij passim, quoniam non reputabatur ordo sacer, non quod sacer non esset, sed quia continentiam non habebat annexam, ut in d. c. Ante trimum, unde in c. 2. de Sacram. ordin. jess. 23. Concil. Trident. sic legitur. Ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque univocitate eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Exorciste, Lectoris & Oilarij in usu fuisse cognoscuntur, quarum non pari gradu; nam Subdiaconatus ad majores ordines à Patribus & sacris Conciliis referuntur.

Quæro, an ad obtinendum beneficium curatum oporteat eum, cui conferretur, esse nedum prima tonsuræ, sed quatuor etiam minoribus ordinibus initiatum.

Deciditur in hac decretali ad beneficium curatum non deberi aliquem admitti, nisi saltem sit Subdiaconus. Adicitur tamen consuevisse illum dispensativè eum qui sit in quatuor minoribus ordinibus constitutus.

Supervenit deinde text. in c. si pro Clerico, de præb. in 6. quo clare statuitur ut si cui Papa mandat beneficium curatum conferri, non oportet esse promotum ad ordines sacros, sed sufficit esse in tali ætate, ut proximis statuti à jure temporibus possit promoveri.

Cum textus in d. cap. si pro Clerico, adversetur huic decretali, quia hic dicitur non posse absque dispensatione obtineri curatum, nisi ab eo qui sit Subdiaconus; at in cap. si pro Clerico, statuitur aperte contrarium: gloss. in d. cap. si pro Clerico, movit dubitationem præsentem an hoc c. requirens Subdiaconatum in promovendo ad beneficium curatum, sit in totum correctum adeo ut hodie indistinctè possit quis assumi ad beneficia curata; nedum per viam imperationis, de qua loquitur d. c. si pro Clerico, sed etiam per viam præsentationis & electionis; & gloss. dicit se non esse causam corrigendi hanc decretalem; ideoque quod disponitur in cap. si pro Clerico, habere locum solum in casibus in quibus hoc est expressum, nempe in imperatione de qua loquitur ille textus & in præsentatione de qua habetur in cap. 2. de institut. in 6. & ita sentit secus esse in electione. Hanc gloss. opinionem sequitur ibid. Joan. Andr. & Petr. de Anchar. & Imol. in cap. Licet canon. de electione in 6. tamen contrarium, hoc est etiam in electione locum habere, cap. si pro Clerico, & ita eligi ad curatum posse non Subdiaconum; & consequenter hanc textum esse indistinctè correctum tenent Paul. Archid. Joan. de Lign. Joan. de Fan. Calderin. Florian. & alij quorum communis est opinio ut tellatur Franc. in dicto capite si pro Clerico, præp. fin. Rebuff. in tit. Requisita ad collationem, num. 34.

Dum ergo in gloss. agitur de correctione hujus Decretalis id queritur ad d. c. si pro Clerico, eam cotraxerit indistinctè ut nedum per viam imperationis & præsentationis, sed etiam per viam electionis, qui beneficium curatum adipiscitur, non sit opus ut sit Subdiaconus; non autem queritur an hoc cap. Præterea, sit correctum in eo quod dicit de minoribus ordinibus: ideoque etiam hodie post d. c. si pro Clerico, erit locus huic decretali in ea parte in qua minores saltem ordines requiruntur: nam quod non est immutatum cur stare prohibetur per l. Sancimus, C. De testament. l. Præcipimus, in fine, C. De appellat. notat Hoff. in c. Ad Apostolicam, num. 2. de regul. Imò id videtur aperte insinuare text. in dicto capite si pro Clerico, & in d. cap. de instit. in 6. Cum enim dicant non requiri, ut promovendus sit initiatus sacris Ordinibus, per exclusionem sacrorum, videntur includere & requirere minores ordines.

Quam opinionem sequuntur Doctores in d. c. Si pro Clerico. Supponit enim minores ordines esse necessarios ad curatum obtinendum dum disputantur à constitutus in minoribus, licet

non Subdiaconus, possit assumi etiam per viam electionis ad Ecclesiam curatam, Calder. Archid. Lap. quos refert ibi Franc. in 2. col. vers. Secundo verb. casu, & in vers. Tu ad verte, & clarius occlusus in cap. Licet canon. in 3. col. vers. In ea, gloss. in fine, de elect. in 6. Gemin. ibid. in 4. col. vers. Item querit an de elect. in 6. Gemin. ibid. in 4. col. col. in gloss. in ver. Provideri & in specie quoad curatum obtinendum, quamvis non sit necesse ut aliqui sit in sacris, opus tamen esse, ut sit constitutus in ordinibus minoribus, expressè tradit Archid. in cap. 2. de instit. in 6. in ver. In sacris, & ibi Franc. in ult. notab. ubi citat textum hic tanquam minime correctum quoad ordines minores, & ibid. Gemin. præp. fin. vers. Sed an possit.

Nec obstat, quod Rebuff. d. tit. num. 33. dicit expressè contrarium, scilicet quemlibet posse habere beneficia curata, etiam si solum habeat primam tonsuram: Tum quia magis est descendendum pluribus, ac gravioribus Doctoribus supra citatis: Tum quia jura quæ Rebuff. allegat, id non probant: imò potius ostendunt oppositum, dum disponendo non requirunt sacros ad obtinendum curata, videntur tacite innuere minores saltem requiri, ut est dictum. Deinde quia contra Rebuff. stat text. hic qui circa minores ordines nullibi legitur correctus.

Sed objicit etiam ad obtinendum curatum saltem minores ordines requirantur, dicendum est tamen hoc habere locum quando proceditur per viam electionis dumtaxat: nam nullo jure cavetur, ut ad obtinendum curatum requirantur minores ordines nisi in hac decretali: ergo minores erunt necessarii in eo tantum casu, in quo loquitur hic text. id est cum proceditur per viam electionis, aut institutionis: & in hunc sensum forte accipi possent Archid. & Franc. locis proximè citatis: nam dum dicunt ad obtinendum curatum esse necessarios minores ordines, & citant textum, hic intelligendi sunt juxta textum quem allegant, id est quando per viam electionis quis ad curatum assumitur, ad tradita per Bart. in l. Non solum, §. Si celebrationis verba, ff. De liber. legat.

At huic objectioni responderi potest admittendo minores ordines requiri juxta terminos hujus Decretalis, sed negando hunc textum non procedere nisi in electione; nam est illa verba, admitti, vel assumi, consueverunt frequentius usurpari per sacros Canones in electionibus, tamen tanquam generalia applicentur etiam provisi per viam collationis, vel institutionis, ut est textus in cap. te cum in cunctis, §. Inferiora, ponderando verbum, assumptus fuerit, & verbum conferatur, supra de electione, & in cap. Licet canon. eodem tit. lib. 6. id. Quodque talis ad regimen assumptus hujusmodi si monitus non fuerit præjuxto à canonibus termino in Presbiterum ordinatus à regimini ejusdem amoveatur officio, & alij conferatur, & notat Gemin. in cap. Statutum in 1. notab. eodem tit. & lib. Et eo magis quia hæc constitutio non est posita sub rubrica de electione, sicut duo textus proximè citati. Archid. autem, & Anchar. in d. cap. 2. expressè loquuntur de collatione, & institutione. Et quamvis citent textum hic, tamen hinc potius colligitur eos consentire ut hic textus habeat locum etiam in provisionibus per viam collationis & institutionis. Nec differentia ratio assignari potest cur minores ordines requirantur in electo ad Parochialem Ecclesiam, & non in proviso, seu presentato. Imò hoc casu major subest ratio cur minores ordines exigantur, ut considerat Franc. in d. cap. Si pro Clerico, num. 5. præp. finem. Quia via electionis inquit est ordinaria, & favorabilis, & via præsentationis, vel imperationis est ordinaria, & sic odiosa, ubi etiam plures alios allegat in hanc sententiam.

Præterquam quod congruentius censeri debet præscripta à Sacris Canonibus hæc qualitas minorum ordinum in imperatione, quam in electo, quia majus periculum subest, ut minus idoneus de curata Ecclesia provideatur ad solius Patroni præsentationem, vel solius Ordinarii collationem, quam si assumatur ad Collegij electionem: integrum enim est iudicium quod plurimorum sententia confirmatur, ut legitur in cap. Prudentiam, de offic. delegat. & quod à pluribus queritur sapientibus, facilius invenitur, cap. De quibus, 20. dist. & per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, l. ult. ad fin. C. De fideicom. Negari tamen non potest quin in practica fervet oppositum: nam Parochiales conferuntur etiam Clericis primæ tonsuræ. Et Sac. Congregatio Concilii aliam consultam an matrimonium contractum coram Parocho adhuc infra annum ad sacros non promotus, sed primæ tantum tonsuræ initiatus sit validum, nec ne, censuit esse validum. Quam sententiam Clemens VIII. ad se relatam approbavit.